



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Speculum Approbandorum Bipartitum

Unczovsky, Marianus

Coloniæ Agrippinæ, 1693

Quæstio XII. De Confessione Sacramentali.

urn:nbn:de:hbz:466:1-37308

liter cognoscere posset, se habere contritionem vel attritionem responde-
rem juxtà Bellar. tom. 3. de pœnit. Lib. 2.
c. 5. cum expresso supra dolore de pec-
catis, novitatem seu emendationem
vitæ, certissimum esse veræ pœniten-
tiæ seu contritionis signum.

U. Satis est, transeamus ad alia.

S. Paratus sum respondere ad singula.

QUÆSTIO XII.

De Confessione Sacramentali.

Vicar. Quid est Confessio Sacra-
mental?is?

S. Est legitima suorum peccatorum ac-
cusatio, facta ore proprio à peccato-
re coram Sacerdote Jurisdictionem
habente ad consequendam illorum re-
missionem per absolutionem.

U. Cur dicis coram Sacerdote? nonne
satis est si confitear adversum me inju-
sticiam meam Domino?

S. Necessè est hominem injusticiam su-
am, & iniquitates contra bonitatem

G 5

DET

DEI proponere coram Iudice (nempe Sacerdote) cui commissæ sunt claves ligandi & solvendi, atq; ita DEO reconciliandi.

V. Præcipit Augustinus *Tract. 12. in Joann.* pœnitenti dicens: *dole quod fecisti, ut DEUS solvat quod fecit, & nunc quid juxta Magistrum Moralitatis Confessio est quædam vulnere ruptio; igitur delicta tanquam vulnera deferenda sunt ad Medicum cœlestem? S. Ignoscit & solvit habens claves vite & mortis DEUS principaliter, sua autem inenarrabili Clementiâ, Sacerdos ministerialiter, à quo velut Iudex non solum causas injustas suscipi, verum eidem tanquam Medico vulnera seu delicta ostendi voluit, dum leproso dixit: vade, ostende te Sacerdoti; idcirco Origenes *Homil. 17. in S. Luc.* interpretando illud: *ut revelentur ex multis cordibus cogitationes*, scribit sequentia: *si revelaverimus peccata nostra non solum DEO, sed & his, qui possunt me-**

deri
pe Sa
fra
iniqu
cata
V. A
cent
ut an
sanat
riosu
lienat
ergo
DEO
S. Pr
gustin
in qu
fier, e
peccat
illis po
hanc
Sacer
dem l
prohi
ago, a
deri

deri vulneribus nostris, atq; peccata (nempe Sacerdotibus) delebuntur peccata nostra, ab eo, qui ait: ecce delebo ut nubem iniquitates tuas, & sicut caliginem peccata tua.

¶ Audi August. Lib. 10. Confess. c. 3. dicentem: quid mihi ergo cum hominibus, ut audiant Confessiones meas, quasi ipsi sanaturi sint omnes languores meos, curiosum genus ad cognoscendam vitam alienam, desidiosum ad corrigendam suam, ergo ex mente hujus Sancti Patris soli DEO Confessio facienda est?

S. Præsentò Librum Homiliarum Augustini & primò exhibeo Homil. 12. in qua hæc videntur verba: DEUS noscitur, quia pius est & misericors, vult, ut peccata confiteamur in hoc seculo, nè pro illis postmodum confundamur in futuro: hanc autem Confessionem debere fieri Sacerdoti clarè testatur Hom. 41. ejusdem lib. & tandem Hom. 49. postquam prohibuit pœnitenti, nè dicat: occultè ago, apud DEUM ago, novit DEUS, qui

mibi ignoscit: contra negantes peccati Sacerdoti confitenda esse, ponit con- clusionaliter: ergo sine causa dictum est: quæ solverit in terra, soluta erunt in Cælo: ergo sine causa sunt claves datæ Ecclesie DEI, frustramus Evangelium DEI, frustramus verba Christi, promittimus nobis, quod ille negat.

U. Placent quæ adducis, sed responde ad textum à me propositum?

S. Fortè in illo textu locutus est D. August. de publica confessione peccatorum; vel meliùs dico S. Patrem locutum fuisse de illa cognitione peccatorum pœnitentis, quam alij extra confessionem Sacramentalem possunt consequi, ut suæ curiositati satisfaciant, non autem de cognitione, quæ habetur per confessionem Sacramentalem, neq; ultra Ministrum Sacramenti Pœnit. ad alium extenditur.

U. Ergo ex dictis sequetur præceptum confessionis esse Divinum?

S. Tale est.

U. Sed

U. Sed non apparet confessionem Sacramentalem esse à CHRISTO institutam & præceptam?

S. Utiq; non apparet illis, qui non legerunt verba CHRISTI expressa Joan. 20. c. quorum remiseritis peccata, remittuntur eis, & quorum retinueritis, retenta sunt: vel illis, qui doctrinam Sac. Concil. Trid. intuentur velut noctuæ solis radios, fortiùs cœcucientes in regressu: scio itaq; quosdam Sectarios nostri temporis asseruisse Sacramentalem confessionem initium habere à Monachis, & alios, qui eandem ad carnificinam conscientiarum inventam esse dicunt, quorum calumnia refellitur à Sac. Concil. Trid. Sess. 14. c. 5.

U. Audire desidero rationem probantem confessionem Sacramentalem esse Jure Divino necessariam?

S. Ex quo adverto in præcitato textu CHRISTUM instituisse Tribunal pœnitentiæ, & Sacerdotes Judices, sic discuro: sicut in foro exteriori, ut aliquis

quis Judex absolvat juridicè modo legitimo & prudenti aliquem reum, necesse est ipsi innotescere statum rei, illius crimen cum sui qualitate, ità quod in foro interno, ut Sacerdos tanquam Judex à CHRISTO Domino institutus absolvat fideles à peccatis post Baptismum commissis, debet ipsi materia absolutionis (nempe peccata) innotescere, sic autem est, quòd peccata saltèm pleraq; sint interna, & occulta, soli pœnitenti seu reo nota, ergo ab illo necessariò manifestari & explicari debent Sacerdoti velut Judici, quæ manifestatio, cùm non erit aliud, quàm ipsa Sacramentalis confessio, dicendum est, eam Jure Divino absolute necessariam esse in re, vel in voto, & consequenter modum cognoscendi peccata per propriam & humilem confessionem pœnitentis seu rei esse à CHRISTO institutam.

U. Ergo Sacerdotes sunt Judices necessarii?

S. Omi-

S. Omnino, quia necessario ad eundi pro remissione delictorum, nisi enim peccata per humilem confessionem fuerint clavibus subiecta, manent ex institutione CHRISTI irremissa.

U. Quomodo asserere potes confessionem Sacramentalem esse de precepto Divino, siquidem in hoc dispensare potest Ecclesia?

S. Hoc lego in Calvino, Kemnitio, false & impie scribentibus Ecclesiam ejusque Praelatos dispensare posse, ne omnino ullo prorsus tempore confiteantur sua peccata fideles.

U. Cur dicis false & impie? numquid Nectarius Patriarcha Constantinopolitanus, Antecessor S. Chrysostomi sustulit in sua Ecclesia usum confessionis?

S. Hoc fecit forte deceptus a Novatianis Haereticis, quorum consilio nimium utebatur, prout expressum est apud Baron. tom. 1. Ann: vel melius dico Nectarium sustulisse & abrogasse publicam confessionem eo tempore coram

ram multis fieri solitam, de qua confessione publica intelligendus est etiam *D. Chrysoſt.* dum inquit *Homil. 2. in Psal. 50. non dico, ut confitearis confessorum qui exprobrat, dicito DEO*: cum enim non ex alia, quam publica confessione secuta fuerit confusio & opprobrium pœnitentium, de tali locutus est citatus *S. Pater*; & licet adjiciat *dicito DEO*, per hoc tamen non excludit confessionem secretam & auricularem à pœnitente faciendam, quia cum Sacerdos illam audiat, & à peccatis absolvat, ut *DEI Minister & CHRISTI Vicarius*, ideò confessio secretè facta Sacerdoti, soli DEO censetur fieri, nec est periculum, ut exprobrat, siquidem ministerio suo arctissimum confessionis sigillum est annexum.

V. Quod in citato textu præcipit *D. Chrysoſtomus*, videtur excludere necessitatem confessionis, & insinuare tantum dolorem seu contritionem, quandoquidem cor contritum & humiliatum

tum respiciat DEUS, neq; recordetur amplius delictorum si peccator ingemuerit, hinc etiam D. Ambrosius in c. 22. *Luca* differens de lacrymis Petri ait: *lavant lacryma delictum, quod voce pudor est confiteri?*

S. Utique lavant lacrymæ delictum, quod cum pudore confitendum est, neque respicit DEUS cor contritum & humiliatum, nisi cum voto pœnitentiæ, seu Confessionis Sacramentalis, quod per se & regulariter loquendo, debet esse formale & explicitum, licet aliquando sufficiat virtuale & implicitum prout alibi respondi: quando autem D. *Chrysost.* hortatur fideles, ut conentur quamprimùm ex statu peccati egredi, ad quod docet non esse necesse mox confiteri Sacerdoti, sed sufficere ut homo confiteatur soli DEO per contritionem, per hoc non negat necessitatem Confessionis Sacramentalis suo tempore faciendæ, cujus votum & propositum juxta dicta includitur in contri-

tritione : deniq; fati mihi est, quod
fides doceat Confessionem Sacrame-
ntalem esse de Jure Divino, non enim
ignoro, quòd fortior sit fidei veritas
quàm Patrum Authoritas.

U. Ex illis verbis: *quorum remissionem*
peccata colligitur tantum potestas datur
Sacerdotibus remittendi peccata, nec
autem quòd sit facienda confessio?

S. Potestas illa est ad exercendum ac-
tum Judicis & ferendam sententiam,
qualem Sacerdos ferre non posset, nisi
præcederet delictorum confessio.

U. Sed impossibilis est integra omni-
um peccatorum confessio? propterea
Psalmista inquit: *delicta quis intelligit?*
& *Psal. 37. iniquitates meae supergressae*
sunt caput meum?

S. In priori textu David loquitur de
peccatis occultis soli DEO notis, ideò
etiam subdit: *ab occultis meis munda me*
Domine: in posteriori verò loquitur
per excessum manifestando humiliter
se esse magnum peccatorem. Neque
con-

confessio sacramentalis ponit aliquam obligationem ad impossibile, siquidem valor illius requirit solum manifestationem delictorum, quæ memoriæ occurrent, præmissâ diligentia humanæ fragilitati moraliter possibili; vel dico cum Tertul. lib. de penit. c. 9. hoc videri impossibile illis, qui pudoris magis quam salutis sunt memores.

U. Non aliter CHRISTUS misit Apostolos, quam ipse missus fuerit à Patre, juxta illud: *sicut misit me Pater, & ego mitto vos*, atqui CHRISTUS remittendo peccata non exigebat necessariò confessionem singulorum delictorum, ergo horum confessio non est necessaria ex voluntate CHRISTI?

S. Non est in omnibus par ratio de CHRISTO & Apostolis, eorumq; Successoribus, nam CHRISTUS sciebat, quid esset in homine, & ut habens potestatem excellentiæ non erat alligatus Sacramentis, ideoq; sine ipsis poterat remittere peccata.

U. At-

V. Atqui etiam sine Confessione sacramentali potest haberi remissio peccatorum, igitur illorum confessio non est necessaria?

S. Non est necessaria, seu necessitas facienda confessio peccatorum venialium, ex his enim utpotè Sacramentalium, ex his enim utpotè Sacramentalium, ex his enim utpotè Sacramentalium, Penit: materia non necessaria, seu sufficiente duntaxat, non infertur necessitas Confessionis Sacramentalis, quapropter dico Confessionem Sacramentalem ità esse de Jure Divino necessariam, ut hæc ejus necessitas tantum se extendat ad mortalia, non autem ad peccata venialia, quæ possunt alijs remedijs remitti, ut per Sacramentalia, ad quæ instituenda Ecclesia habet potestatem, relucetque in oratione, vel aquæ benedictæ aspersione, vel esu panis benedicti, vel confessione delictorum non Sacramentalium, vel largitione eleemosynæ, vel denique Episcopalis, & Abbatialis benedictionis devotâ participatione, juxta sequentem versum.

Orans,

Orans, tinctus, edens, confessus, dans, benedicens.

per hæc igitur Sacramentalia tolli possunt venialia peccata, & quidem probabilius ex opere operantis, quæ tamen non remittunt totam pœnam luendam in purgatorio: *Alofa verbo Sacrament. pag. 680.*

U. Adverte ex potestate remittendi & retinendi peccata, rectè infertur necessitas confitendi mortalia, ergo pariter ex eadem potestate benè infertur necessitas confitendi venialia?

S. Non benè; venialia enim esto ingressum in Cœlum retardent, attamen quia gratiam non destruunt, Cœlum homini non claudunt, seu simpliciter à salute non excludunt, necessitas autem confessionis infertur ex potestate retinendi illa peccata, quæ à salute simpliciter excludunt, & stante carentiâ remissionis, ex defectu confessionis vel in re, vel in voto in perpetuum homini Cœlum claudunt: hinc obfer-

fero aliam esse extensionem in
 verbis CHRISTI: quorum remiseritis
 peccata, remittuntur eis, & aliam in
 quibus, nempe: quorum retinueris
 retenta sunt, ita ut priora se exten
 dant ad quamcunq; materiam remissi
 onis capacem, cujusmodi sunt mor
 talia, & etiam peccata venialia; pe
 steriora vero tantum ad illam, quae
 Coelum claudit, quae clausura, & quae
 dem perpetua stante carentia remissi
 onis expressa sequitur ad peccata mor
 talia tantum.

V. Admitto singula quae dixisti: ad
 textus S. Jacobi c. 5. *confitemini alteru
 trum peccata vestra, videtur destruetur
 tua responsa?*

S. Destrueret si per illum textum daretur
 intelligi Apostolum Confessionem
 Sacramentalem instituisse, aut eandem
 suo nomine praecipisse, quia ve
 ro ostendit Apostolum solum promul
 gasse legem confessionis a CHRISTO in
 stituta, idcirco meis favet dictis.

V. Non-

U. Nonne legimus, ut secundum institutionem Apostoli confiteamur alterutrum peccata?

S. Hoc dum legi, nomine *institutionis* intellexi *instructionem*, & observavi ly *alterutrum* intelligendum esse accommodatè, id est: ut homines confiteantur ijs hominibus, qui habent à CHRISTO Domino potestatem remittendi delicta, scilicet Sacerdotibus.

U. Hæc obligatio confitendi non fuit in lege veteri, cui igitur promulgatur ab Apostolo in lege nova?

S. Stat pro ratione voluntas, seu institutio CHRISTI, nec ideò Lex Evangelica dicenda gravior illa veteri, onus enim confitendi peccata est admodum leve & suave, cum totum cedat in bonum penitentis reportantis inde plurimè bona consilia, & remedia Spirituality contra peccata sua; ad instar infirmi aperientis Medico infirmitates suas, dummodò Medicus, cui vulnera & causa languoris exponitur, eligatur qualificatus.

QUÆ-